

bentibus autem symbolum, facilior est transi-
tus: generauit sanguinem biliosum, deuenit ad
paracmaisticam etatem, potuit generare pluri-
mum humorum melancholicum. Accedunt aliae
causae non corporeae, sed extrinsecæ. Fuit con-
ditionis talis, in qua habuit omnia quæ potue-
runt supercalefacere hepar: babit vinum poten-
tissimum. Credo quod cum nauta esset, vslus fue-
rit cibariis falsis & acribus, quæ supercalefaciunt
hepar sine qualitatibus primis. Alimenta præter
calorem auctum potuerunt generare humorum
melancholicum: nam à calore igneo & immode-
ratè se habente, per se generatur plurimus hu-
mor melancholicus: si accedat secundum, scili-
cet alimentum generans melancholiā, poten-
tissima erit cauila aggregandi humores melan-
cholicos. Habuit insignem caliditatem hepatis, &
in ~~tempore~~ multo magis auctus calor iste est, ex
modo substantiæ cibi melancholici. Nisi fuisset
adiumentum nature per fluxū hæmorrhoidum,
incidisset non in psoram, sed in elephantiam. Ma-
teria continuò expurgata fuit per fluxum. Qui
subiecti sunt huic fluxui, liberantur ab omnibus
humoribus melancholicis. Potentissima causa in
hoc fuit, cum haberet eum fluxū, & tamen habuit
hunc morbum. Quo ad catarrhum, corpus ita pa-
ratum est ad catarrhum stante ratione victus, vt
nullum corpus videatur magis opportunum. Ta-
lis enim temperatura corporis mittit vapores ad
caput continuò, tertio de Locis affectis. Ab ambi-
tu totius corporis ascéndunt vapores stante pes-
sima ratione victus: & hinc etiam tinnitus auriū,
propter motionē spirituū. Catarrhus ex ea parte
materiæ est in cerebro naturaliter frigido (Nam
in naturali sua substantia propria, omne cerebrū
frigidum & humidū est, sed dicitur respectuè ca-
lidum, humidum & siccū, cum tamen omnia sint
frigida & humida) Ideo cum sit cerebri propria
natura frigida & humida, condensat vapores, &
sic sit catarrhus, & hic facit anhelitus difficulta-
tem, & tussim. Non tamē est insignis læsio adhuc
ex hoc catarro. Pruritus facile curabitur, si mo-
dō nō patiatur elephantiam. Psora est initium e-
lephantiae: oportet vt ipse sibi sit medicus. Circa
curam duo sunt facienda: primo tollendus mor-
bus factus, secundo causæ quæ faciūt. Morbus fa-
ctus sunt pustule, defœdatio circa cutem, quæ ab-
stergendo inundicanda est: quod nō fiet nisi ma-
teria remoueatur, quæ in toto ambitu venarū fo-
uet continuè illam partē. Oportet omnino remo-
uere materiam. Duæ ergo sunt indicationes: pri-
mo, vt abstergatur cutis; secundū, vt remoueatur
materia. Est & tertia indicatio: nam si remouea-
tur materia, & abstergatur cutis, & non remouea-
mus caliditatem hepatis, & causas efficientes &
extrinsecus occurrentes, nihil proderit. Primum
ergo est abstergere cutem: secundum, remouere
humorē: tertium, alterare hepar: quartum, regu-
lare rationem victus. Incipiamus ab euacuatio-
ne, sine qua nec alterare, nec abstergere cutem,
neq; nutritre corpus cibis convenientibus possu-
mus. Mundificandum corpus cum his quæ mun-
dificant humores peccantes, scilicet humorē me-
lancholicū, sanguinem & pituitā, quæ redundat

A ex descensu catarrhi. Accedit portio bilis, redun-
dant omnes quatuor humores. Alij humores co-
quuntur & præparantur. Sanguis non expectat
aliam coctionem, debet euacuari sine præparatio-
ne. Facta purgatione huic orum in primis venis
cum cassia, deueniatur ad missionem sanguinis,
vt euacuetur principalis humor sanguinis, & fiat
sæpè. In humore enim melançolico vbi permi-
xtus est sanguini, iteranda est phlebotomia, & e-
vacuetur per interualla. deinde bene nutriatur,
B pōst iterum euacuetur, idque à basilica. Intentio
est non tantum euacuare humores, sed simul al-
terare in membra, quod possumus facere vno reme-
dio, non debemus facere pluribus. In vtroque la-
tere secunda vena, & ab vtraq; basilica. Secundo
fiat euacuatio præcipue duorum humorum, me-
lancholiæ & pituitæ. Biliosus humor facile coqui-
tur & expellitur. Rhaxis vult bilem non indigeret
coctione: sed indiget leni coctione, facili momen-
to coquimus. Maiore coctione indiget pituita &
C melancholia. Sunt concoctua in communi vsu,
quæ respiciunt pituitam, non considerando hu-
morem melançolicum, quem aggrediar postea.
Ex multitudine pituitæ obstruuntur venæ sua
visciditate, & ille humor retinet alios humores
ne sint præparati: obstruit quoque. Quando igi-
tur pituita in venis est cum humor melancoli-
co, nō debemus vtrunq; simul præparare. Pituita
indiget incisiis abstergentibus: humor melan-
cholicus aliquali humectatione, vt fiat facilis ad
D excretionē: non est viscidus, sed crassus, qui indi-
get humectatione. Quæ faciunt ad coctionē pitui-
tæ, non faciunt ad concoctionē humoris melan-
choliæ. In hoc casu inciperet à pituita. Oxymel, &
syrupus acetosus incident sine calefactione. Non
multum calefaceret, ne humor melancolicus no-
cerem. Danda sunt quæ incident lapides & calcu-
los. Vtrum acetū conueniet digestioni humoris
melancolicus? Si hoc non, quanto magis dubita-
bitur de calefacentib. & exiccatib. Acetosa
E conueniunt partibus terrestrib. confringunt cal-
culum & lapides. Darem syrupū acerolum, oxy-
mel, cū melle rosato. Euacuare postea cum confe-
ctione hamech, in qua epithym⁹ & myrobalani.
Item iis quæ euacuant humorum pituitosum, vt
pilulae de Agarico. Darem agarici 3.ij. cum 3.j. cas-
siæ: his enim & humorum pituitosum, & melan-
cholicum purgabimus. Ad præparationem vero
melancolici darem syrupū de pomis dulcibus,
Sabor regis. Item decoctum liquiritiæ quod ma-
xiū cōfert ad humorē siccum & frigidum. Item
maluæ decoctio cum iuribus pinguibus pulli: po-
stea euacuare cum illis decoctis traditis à Mesue.
Deinde apponere elleborū nigrū, vt in superiori
syrupo ostensum est. Et si addes, non plus q̄ 3. se-
mis corticum eilebori nigri, felicissimè operatur
ter aut quater sine molestia. Quod si detur ante
euacuationē pituitæ, lædet, & nihil proderit ista
euacuatio. Pituita semper ante purgationē Me-
lacholici succi optimè euacuetur. Soleo dare sex
vicib. syrupum nostrū, & euacuat quadragies, ac
si debilitas accidat, tunc intermitto vnā potionē.
Facta euacuatione abstergēda cutis. Fieri possunt
linimenta ex succo lapathij, limonū, ellebori cor-